

READING LESSON

CORIOLĀNUS

Coriolānus malus Rōmānus erat sed bonus mīles. Rōmānī nūllum frūmentum habēbant et timēbant magnam famem (*famine*). Rēx Siciliae multum frūmentum mīserat (*had sent*) sed Coriolānus frūmentum pauperibus (*the poor, dat.*) nōn dedit. Pauperēs (*the poor people*) Coriolānum ex oppidō ēgērunt (*drove*).

Posteā Coriolānus dux Volscōrum (*of the Volscians*) erat et cum mīlitibus Rōmānīs pugnābat. Rōmānōs multīs pugnis superāverat. Rōmānī dīxērunt (*said*), "Mox Coriolānus Rōmam occupābit."

Māter igitur Coriolānī et uxor et filiī et filiae ex oppidō properāvērunt. Māter dīxit (*said*) "Parce (*spare, w. dat.*) Rōmae, Coriolāne." Coriolānus respondit, "Rōmae parcam (*I will spare*), māter. Servāvistī Rōmam sed āmīstī (*you have lost*) tuum filium." Tum Coriolānus cum mīlitibus abiit (*went away*) et māter eum (*him*) numquam posteā vīdit.